

Ezechiel

statuerit contra faciem suam et venerit ad prophetam ut interroget per eum me. ego dominus respondebo ei per me. et ponam faciem meam super hominem illum. et faciam eum in exemplum et in puerbum. et dispanda eum de medio populi mei. et scietis quod ego dominus. Et propheta cum errauerit et locutus fuerit verbum. ego dominus decepi prophetam illum. Et extendam manum meam super illum. et delebo eum de medio populi mei israel. et portabit iniquitatem suam. Iuxta iniquitatem interrogantis. sic iniquitas prophete erit. ut non erret ultra domus israel a me neque polluantur in universis puaricationibus suis. sed sit mihi in populum. et ego sim eis in deus. ait dominus exercituum. Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis terra cum peccauerit mihi. ut puaricef puaricans extendam manum meam super eam. et conturam virgam panis eius. et imittam in eam famem. et interficiam de ea hominem et iumentum. Et si fuerint tres viri isti in medio eius noe daniel et iob. ipsi iusticia sua liberabunt animas suas. ait dominus exercituum. Quod si bestias pessimas induxero super terram ut vastent eam. et fuerit inuisa eo quod non sit pertransiens propter bestias. tres viri isti si fuerint in ea. vivo ego dicit dominus deus. quod nec filios nec filias liberabunt. sed ipsi soli liberabunt. terra autem desolabitur. Vel si gladium induxero super terram illam. et dixerero gladio. transi per terram. et interfecero de ea hominem et iumentum. et tres viri isti fuerint in medio eius. vivo ego dicit dominus deus. non liberabunt filios neque filias. sed ipsi soli liberabunt. Si autem et pestilentiam imifero super terram illam. et effundero indignationem meam super eam in sanguine. ut auferam ex ea hominem et iumentum. et noe daniel et iob fuerint in medio eius. vivo ego dicit dominus deus. quod filium et filiam non liberabunt. sed ipsi iusticia sua liberabunt animas suas. Quoniam hec dicit dominus. quod si quatuor iudicia mea pessima gladium et famem

ac bestias malas et pestilentiam imifero in hierusalem ut interficiam de ea hominem et pecus tamen relinquet in ea saluatio educentium filios et filias. Ecce ipsi egredientur ad vos et videbitis viam eorum et adiuuentur ones eorum et consolabimini super malo quod induxi in hierusalem in omnibus que importavi super eam. et consolabuntur vos cum videritis viam eorum et adiuuentur ones eorum. et cognoscetis quod non frustra fecerim omnia que feci in ea. ait dominus deus.

XV

Factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis quid fiet de ligno vitis et omnibus lignis nemorum que sunt inter ligna siluarum. Non quid tolles de ea lignum ut fiat opus aut fabricabis de ea parillus ut dependeat in eo quod dicitur vas. Ecce igni datus est in escam. ut utraque partem eius consumat ignis et medietas eius redacta est in famulam. Nunquid vtile erit ad opus. Etiam cum esset integrum non erat aptum ad opus. quia tomagis cum illud ignis deuorauerit et combusserit. nihil ex eo fiet operis. Propterea hec dicit dominus deus. Quoniam lignum vitis inter ligna siluarum quod dedit igni ad deuorandum sic tradam habitatores hierusalem. et ponam faciem meam in eos. De igne egredienti. et ignis consumet eos. Et scietis quod ego dominus cum posuero faciem meam in eos. et dederero terram inuisam et desolatam. eo quod preuaticatores fuerint. dicit dominus deus.

XVI

Factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis. notas fac hierusalem abominationes suas et dices. Hec dicit dominus deus hierusalem. Radix tua et generatio tua de terra chanaan. pater tuus amorreus. et mater tua cetha. Et quoniam nata es in die ortus tui. non est prescius umbrae licet tu. et aqua non est lora in salurem. nec sale salita. nec inuoluta panis. Non peperit super te oculus ut faceret tibi unum de his miseris tui. sed pietra es su-